Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sumpsit eum et obprobria
exprobrantium ceciderunt
in eum. O quam fervens
et quam sancta zelotipia sancti
qua perfecta illam unam
amicam. unam colum
bam. unam uni sponso
et ipse minister unus
sociaret. et ipse in thala
mo admissus cum utrisque
amoris. et amplexus
conscius epythalamium
caneret et diceret. Ecce tu
pulchra es et decora. ideo
introduxit te rex in cubi
culum suum. Et iterum de spon
so. Amicus meus candidus
et rubicundus. Hoc igitur ze
lo zelatus pro plebe dei. opta
vit anathema esse a Christo
pro fratribus suis cum apostolo et
deleri a libro dei cum moyse.
ut populo dimitteret offensam.
O quanta de dei misericordia pre
sumptio. Optabat pro
Christo separari a Christo. pro Christo

nolle habere Christum. deleri
a libro vite. ut tenacius
scriberetur in libro vite.
Revolvens quod illam sente
ntiam apostoli. qui episcopatum
desiderat bonum opus de
siderat. cum primo honorem
sitiret non laborem. non
erectione opus. non opu
lentiam onus. non excel
lentiam desideravit. Pro
nens quod se exemplum in
se retorquebat illud apostoli.
Imitatores mei estote.
sicut et ego Christi. Sicque ni
chil docuit quod non fe
cisset. sicut ordo docendi
postulat. sed versa vice quod
ordo non postulat. mul
ta erubuit docere. que non
erubuit facere. militans
deo in occulto. sed ad occul
tum. immo ad hominum et
angelorum commune specta
culum. Iam enim quod egit
occulte in cubiculo. quod